

Liber

VI

Sic et secundum apostolum in hebraeo. i. c. Christus pro populo sanguinem introiit semel in sancta eterna re demptione inuenta. Per actio missae officio statim intercedendum. id est sacerdos communicat. cantat vespertinum officium. ad ostendendum quod hoc sacramentum. scilicet eucharistie institutum fuit in vespere. Quia ergo redemptio nostra in vespere mundi. id est in sexta etate seculi facta est. ideo vespertina synaxis. id est psalmodia siue solemnitas in psalmoz numero missae terminatur et sub unica oratione vtriusque officii terminatur. scilicet per te missa est. si episcopus adest. vel per benedictionem propter vespertinam conclusio nem. Et quod ecclesie datus est calix. ideo est prima ante. Calicem salutaris accipiam. quem dedit dominus apostolis dicens. Hic est calix novi testamenti in meo sanguine etc. Secunda antiphona est. Cum his qui oderunt pacem erant pacifici. panem enim quem habet ille qui patitur est bibere calicem domini. pacem cum omnibus operatur. In alijs vero tribus non mouet homo propter tribulationem dei. et hoc etiam habet a deo. unde potest liberari. Et in antiphona ad magificat. Cernantibus etc. est de cena domini.

Quarto loco nota

dominus est qui statim vespertino finito officio denudant altaria versus in sabbatum quod postmodum tertia die cooperiunt. Si quidem haec denudatio signat primo recessum discipulorum domini seu apostolorum. Unde. Qui iuxta me erant de longe steterunt. Et in euangelio. Relicto eo omnes fugerunt. Altare namque christum seu corpus eius significat. Unde De terra altare faciens mihi. Altare de terra facere est eius incarnationem credere vel sperare. Altaris vero vestimenta apostolos seu sanctos designant. Quorum predicatio christus quasi qui bulbam vestimentis adornat. et pillos magificatum est nomen eius. Altare. id est vesti

mentis denudat. quod fugientibus apostolis christus solo remansit. Tertia die cooperit. quod post eius resurrectionem discipuli ad eum redierunt. Secundo denudatio altaris designat quod christus fuit nudatus in cruce. Cum itaque nudus altare conspicimus illud prophetici ad memoriam reuocamus. Ecce vidimus eum. et non est ei species neque decor. et considerauimus eum despectum et nouissimum virorum. Quod accidit in passione. Nam antea speciosus filius hominum extitit. Fuit quidem denudatus ad columnam. et ad crucem cum dimiserunt sibi milites vestimenta sua. Tercio altaris denudatio significat Christi diuinitatis gloria nudatum. Unde psalmus. Deus deus meus ut quod dereliquisti me. Quarto designat quod velum templi scissum est. et liberatus signatus erat apertus est. Unde in psalmo. Et porta sunt praeterea. et apparuerunt herbe virescentes. id est exempla actionum christi. quae sunt ab eternitate et ducunt ad eternitatem. Et bene dicitur aperta sunt praeterea. et apparuerunt herbe virescentes. quia quae magis occulta erant in lege. sicut passio et resurrectio et ascensio. patefacta sunt. In plerisque locis lauant altaria vino et aqua. et ramis fricant. praeterquam cum ramis de sauna. Lauant ergo aqua et vino. Et notaandum quod corpus christi quod est vix altare sanguine et aqua in cruce aspersum est. Nam de ipsius latere exiit sanguis et aqua per que genus humanum lotus est. Vel vino et aqua lauant ad ostendendum quod non iobatus. sed suo baptismo fuit baptisatus. scilicet aqua et spiritu sancto. Et lauantur cum psalmodia penitentiali vel cum cantu ad passionem pertinente. Plus autem ibi est de vino quam de aqua ponendum. quoniam aquae multe populi multi. sicut in apocalypsi habetur. per quod significatur quod sanguis christi sufficit ad redimendum plures in infinitum quam quae sint redemptio vel vniuersum redimendum. Ramus vero asperit quibus altare fricatur.